

# PROPRIO DE LA MISA

## SAN ANSELMO

### Obispo, confesor y doctor

*21 de Abril - Fiesta clase 3.<sup>a</sup> - Blanco*

*Eclesiástico 15.5; Salmo 91.2*

IN MEDIO Ecclesiae aperuit os ejus: et implevit eum Dominus Spiritu sapientiae, et intellectus: stolam gloriae induit eum, alleluia, alleluia. *Ps.* Bonum est confiteri Domino: et psallere nomini tuo, Altissime. *V.* Gloria Patri.

DEUS, qui populo tuo aeternae salutis beatum Anselmum ministrum tribuisti: praesta, quaesumus; ut quem Doctorem vitae habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in caelis. Per Dominum.

*2 Timoteo 4.1-8*

CARISSIME: Testificor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicaturus est vivos et mortuos, per adventum ipsius, et regnum ejus: praedica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, et doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistae, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim jam delibor, et tempus resolutionis meae instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiae, quam

INTROITO

In medio de la Iglesia le ha abierto su boca el Señor; lo ha llenado del espíritu de sabiduría y de entendimiento, y lo ha vestido de honor y de gloria. Aleluya, aleluya. Salmo. Buena es alabar al Señor, y cantar tu nombre, ¡oh Altísimo!. *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

¡Oh Dios!, que has hecho a san Anselmo ministro para la salvación eterne de tu pueblo, concédenos que merezcamos tener por intercesor en los cielos al que hemos tenido por maestro de vida en la tierra. Por nuestro Señor.

EPÍSTOLA

Carísimo: Yo te conjuro delante de Dios y de Jesucristo, que ha de juzgar vivos y muertos, y por su aparición y su reino. Proclama la Palabra, insiste a tiempo y a destiempo ; reprende, ruega, exhorta, con paciencia siempre y afán de enseñar. Porque vendrá tiempo en que no soportarán la sana doctrina, sino que en alas de sus pasiones y con la comezón en sus oídos, se elegirán maestros a granel y desviarán sus oídos de la verdad y se volverán hacia las fábulas. Tú, anda sobre tí en todo, soporta el sufrimiento ; haz obra de predicador del Evangelio ; cumple con tu ministerio. Sé sobrio. Pues yo estoy ya ofrecido en sacrificio y se acerca el tiempo de mi muerte. He luchado la buena lucha; he concluido la carrera; he guardado la fidelidad. Ya no me

reddet mihi Dominus in illa die, Justus iudex: non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt adventum ejus.

*Eclesiástico 45.9; Oseas 14.6*

ALLELÚIA, alleluía. *V̄*. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. Alleluia. *V̄*. Justus germinabit sicut lilium: et florebit in æternum ante Dominum. Alleluía.

*Mateo 5.13-19*

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potent civitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolite putare, quoniam veni solvere legem, aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum et terra, iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit, et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.

*Salmo 91.13*

JUSTUS ut palma florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur. Alleluia.

queda sino recibir la corona de justicia que me dará el Señor en aquel día, el justo juez, y no sólo a mí, sino también a los que hayan esperado su manifestación con amor.

ALELUYA PASCUAL

Aleluya, aleluya. *V̄*. El Señor lo ha amado y lo ha ataviado de honor; lo ha vestido con vestidura de gloria. Aleluya. *V̄*. El justo crece como el lirio, florece eternamente ante el Señor. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Dijo Jesús a sus discipulos : Vosotros sois la sal de la tierra. Si la sal se torna insípida, ¿con que se la salará? Para nada vale ya, sino para que la tirer fuera y la pise la gente. Vosotros sois la luz del mundo. No se puede ocultar la ciudad edificada sobre un monte; ni se enciende una luz para ponerla debajo del celemin, sino sobre un candelero, y así alumbra a todos los de la casa. Brille así vuestra luz ante los hombres, para que vean vuestras buenas obras, y glorifiquen a vuestro Padre, que está en los cielos. No creáis que he venido a abrogar la Ley ni los Profetas; no he venido a abrogar, sino a completar. Porque en verdad os digo: antes pasarán el cielo y la tierra, que pase una sola iota o una tilde de la Ley, sín que todo se yerifique. Y así, el que viole uno de estos mandatos mas pequeños y enseñe a los hombres a hacerlo, será declarado el más pequeño en el reino de los cielos, pero el que los guarde y enseñe, será declarado grande en el reino de los cielos.

OFERTORIO

El justo como una palmera crece ; se eleva como el cedro del Libano. Aleluya.

SECRETA

SANCTI Anselmi Pontificis tui atque Doctoris nobis, Domine, pia non desit oratio: quæ et munera nostra conciliet; et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum.

No nos falte, Señor, la piadosa intercesión de tu santo obispo o confesor, y doctor Anselmo; para que te haga acceptos nuestros dones, y nos alcance siempre el perdón de nuestros pecados. Por nuestro

PREFACIO DE PASCUA

VERE dignum et justum est, æquum et salutære: Te quidem, Dómine, omni tẽmpore, sed in hoc potíssimum gloriósius prædicare, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriẽdo destrúxit, et vitam resurgẽdo reparávit. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationíbus, cumque omni milítia cælestis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicẽtes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo, Señor, to alabemos; pero con mas gloria que nunca en este día (en este tiempo), en que se ha inmolado Cristo, nuestra Pascua. El cual es el verdadero Cordero que quito los pecados del mundo y que, muriendo, destruyo nuestra muerte, y, resucitando, reparo nuestra vida. Por eso, con los Angeles y los Arcangeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con coda la milicia del ejército celestial, cantamos un himno a tu gloria, diciendo sin cesar:

*Lucas 12.42*

FIDELIS SERVUS et prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. Alleluia.

COMUNIÓN

Fue siervo fiel y prudente, puesto por su amo sobre su familia para distribuir a rada uno a su tiempo la ración de trigo. Aleluya.

POSCOMUNIÓN

UT NOBIS, Domine, tua sacrificia dent salutem: beatus Anselmus, Pontifex tuus et Doctor egregius, quæsumus, precator accedat. Per Dominum.

Para que tus sacrificios nos den la salvación, haz, Señor, te lo rogamos, que nos asista como intercesor nuestro tu santo obispo o confesor e insigne doctor Anselmo. Por nuestro Señor Jesucristo.